

7793 Albengae era nella chiesa del monastero vecchio detto della Doria COTTALASSO. Apud Pelosios MUR. Ora nella casa Peloso Cipolla COTT. Ibidem adhuc.

† HIC REQUIESCIT IN PACE B · M · HONORATA CLARISSIMA ET
P · F · CONIVNX TZITTANI COM · ET TRIB · QVAE VIXIT IN HOC SAEC ·
ANN · XL · DEPOS · EST SVB D · KAL · FEBR · IND · PRIMA IMP · ET CONS ·
D · N · IVSTINI P · P · AVG · ANNO TERTIO † † † ↻
5 ROGO TE PER DM · OMNPM · ET IHM · X^{PI} · NAZARENVM NE ME TANGAS NEC SEPVLCRVM MEVM
VIOLIS NAM ANTE T^{IBI}BNAL AETERNI IVDICIS MECVM CAVSAM DICIS † † †

p. C. 568

Contuli. Mur. 429, 2 a Gasp. Beretta; Cottalasso p. 207; Navone Ing. 2, 124.

7794 Albengae in domo Peloso Cipolla.

† HEC TIBI EGO MARI
/IARTERES · XPI · INCLDE ·
MARINACE · S · VVRARP ·

haec pars
extrita est

VV · QVOT · IGITVR TVA MEMBRA
ANIME NOSTRE · COD TIBI LEGO
NOVAVI

Descripisi. Navone Ing. 2, 121.

7795 Albengae in domo Pelosi intus.

.. E MISERTVS
.. AS ANCILLAE TVA ..
.. M ANN L .. RECEP ...
INDICT ...
5 .. O VOS OMNE ..
.. VRI ESTIS PER DM PATREM
.. VM DI ET SAC ... SPIRIT ...
HOC SEPVLCRVM NE VIOLA
RE PRESVMAT

Navone Ing. 2, 125.

Fortasse aetatis posterioris.

CVI. Vallis Tanari superior.

Tituli reperti in valle Tanari superiore vicis Garessio, Pamparato, Montaldo, Mombasiglio, Sale prope Cevam, Roascio, Paroldo cum et tribum habeant Publiliam passim et magistratum IIIvirum iure dicundo n. 7804, declarant eam regionem Albingaunensium olim fuisse. Ad Mondovium oppidum unus titulus repertus est n. 7730 tribum eandem habens, complures vero Camiliae Bagiennorum, prodiitque item ad Bastiam prope Vicum titulus tribulis tribus Camiliae n. 7673, unde fines

aliquatenus reguntur inter Albingaunenses et Bagiennos, id est inter Italiam et Alpes maritimas. — Cum Cevae oppidi nomine coniungi solet quod ait Plinius h. n. 11, 42, 241: *Coebanum* (sic codex rescriptus, *cebanum* vulgo) (caseum) *hic* (Appenninus) *e Liguria mittit, ovium maxime lactis* fortasse recte; quamquam alii id composuerunt cum Columellae (6, 24, 5) vaccis Altinis vel potius Alpinis, *quas eius regionis incolae ceuas* (al. *geuas*) *appellant*.

7796 Garessio rep. in sepulcro.

M · BAEBI · M · F
PVB A · XXXI

Schedula Gazzeriana (inde Promis *Tor.* p. 80; Muratori Vag. n. 68).

7797 sotto Pamparato alle Valasse poco lunge del fiumicello Casotto DUR.; similiter RELIQUI. Nunc ibi apud Ferruam.

M · VALERI · P · F
MVSCIONI · ET
VALERIAI · M · F
POBI · VX

Nallinus apud Durandium *Piem. cisp.* p. 191 et Pesio p. 312; Ferrua, qui lapidem repperit diffractum, *Gazzetta di Mondovì* 29 Dec. 1852; Muratori Vag. n. 111 ad ectypum a Canavesio missum.

7798 sotto Pamparato rep. cum n. 7797. Extracta ex limine stabuli cuiusdam iussu Ferruae nunc apud eum custoditur imminuta.

P · VARI · P · F
SECWDI

Nallino apud Durandium *Piem. Cisp.* p. 191 et Pesio p. 312; Ferrua *Gazzetta di Mondovì* 29 Dec. 1852; Muratori Vag. n. 109, cui descripsit Alexander Wolf.

1 P VARI P · F Nall., IVAIR Ferrua, IVARI Mur.

7799 Pamparati rep. a. 1852, est apud Ferruam.

Q · VOCONI
T · F

Ferrua *Gazzetta di Mondovì* 29 Dec. 1852; Muratori Vag. n. 108, cui misit delineatam Canavesius.